P. N. Krog

Miraculum

solis stantis in Gibeon.

1769. 1679

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

1-85-4°

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 00914 2

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA * HAFNIENSIS *

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ

שמש בגבעון דם

ſive

MIRACULUM SOLIS
STANTIS IN GIBEON

Ex Joſv. X. v. 12.

Beningno Nobiliſſimæ Facultatis Philoſophicæ favore ſuffultus

Disſert I. in Regiæ Acad. Hafnienſ.

AUDITORIO PHILOSOPHICO

Die 18. Octobr. h. antem.

proponet

M. PETRUS NICOLAI KROGIUS
RECT: SCHOL: COAGIENSIS

Defendente

MAGNO ANDREÆ REGELIO
Philoſ. Baccal.

Literis Reg. Majeſt. & Acad. Typogr. Cornificii Luſt
Anno MDCLXXIX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

ILLUSTRISSIMO AC MAGNIFICENTISSIMO

HEROI

DOMINO

FRIDERICO

COMITI AB AHLEFELD

LANGELAND ET RIXINGEN

BARONI IN MOERSBURG, GRAVENSTEINII

UTRIUSQVE SEEGARDIÆ BULGARDIÆ

ET VILTNUSSI

DOMINO

NOBILISSIMI ORDINIS ELEPHANTINI

EQVITI

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

CANCELLARIO REGNI MAGNO

STATUS ET PROVINC:

CONSILIARIO INTIMO

IN COLLEGIO STATUS ET CANCELLARIÆ

PRÆ-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

PRÆSIDI
IN DUCATIBUS
SLESWICI ET HOLSATIÆ
REGIO VICARIO.
GUBERNATORI ET PRÆFECTO
STEINBURGI
AC IN DITHMARSIA AUSTRALI.
ACADEMIÆ CONSERVATORI AC
STATORI BENEFICENTISSIMO.
&c. &c.
SACRO MUSARUM PALLADIO
ATLANTI, ET DELICIO
MOECENATI AC PATRONO
EMINENTISSIMO CLEMENTISSIMO
CUJUS SUB ALIS
TEGI ULTERIUS VIDERIQUE SUBMISSE
CUPIO
DISSERTATIONEM PRIMAM
DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

DE

SOLE STANTE IN GIBEON

SUBMISSÆ OBSERVANTIÆ TESTEM

ET GRATISSIMÆ HUMILITATIS *I*NTER-
PRETEM

*I*N

PRECIBUS ET OBSEQVI*IS*

*A*SS*I*DUUS PLANEQVE *I*NDEFESSUS

SACRAM OFFERO

PETRUS KROGIUS.

יר״מיאיא

יר״מיאוא

§ 1.

STupendum radiantis Phœbi jubar, Vulgus cum adſpicit, deſpicit; concitato cœleſtis ſideris motu plurimi ſegneſcunt, calore frigent alii, alii lumine, ut noctuæ, cæcutiunt. Nubium aqvilas plures invenimus, paucos v. terrenos offendimus cælicolas. Ad altiora nati Homines, cœlum ut vaſtum divinæ potentiæ amphitheatrum ſuſpiciunt, cujus mirandorum luſuum Epilogus, nil niſi prolixus divinæ gloriæ eſt catalogus, Qui ſi prologi loco mihi recenſendus foret, debito minor, inſtituto major erat futurus. Cum enim tot igniculorum per Univerſum orbem diſperſorum myriades gratiſſimo motu immutabilem, indefinito numero infinitum, mirisq; effectibus mirandam Numinis Majeſtatem ebuccinent, Syrus Metaphraſtes Ode David: XIX, qvâ infetuntur השמים מספרים כבוד אל notatu Dignam præfixit ἐπιγραφὴν ܠ ܡܬܡܠܠܐ ܗܘܐ ܠܢ Nobis (ſc: præſens Pſalmus eſt) Theologia, Pſalmographi mentem probè perpendens, ſcil: qvod Natura haud pauca velaret, qvæ Theologiæ atria qvodammodo revelarent, & e contra Scriptura multa velaret, qvibus Naturæ ignorantiam relevaret. Proinde ut Veteres nec ſine ſole ſolem, nec ſine Numine Numen videri poſſe docuerunt, in præſens mutatis terminis, nec Solis, ſine Numine, Lumen, ex ſtupendo Solis in Gibeon conſiſtentis miraculo viſuri, Numen imploramus ſanctiſſimum ut, qui gratioſo Lumine Iſraelitis præliaturis affulſerit, præliis noſtris Gratiæ Lumen affundat, qvo eisdem & neſcientium, & minus recte de hoc miraculo ſentientium graves diſpellantur tenebræ.

Scrip-

§ 2.

Scriptorum namqve Gentilium ſi excutimus monumenta de motu Solis varia, utut imperfecta & incerta, de mirando vero Solſtitio nihil qvicqvam Secula infelicia ἄδηλα καὶ μυθικὰ vidiſſe, vel omnia certè poſteritati invidiſſe videntur, Cum ibi homines ſibi ſolis ſupere viſi Poſteros hoc unicum ſcire voluerunt, omnia qvod neſciverint. Hìc v. teſte Lucretio, vix adſcendere auſi fuerint

—— ſupra bellum thebanum, & funera Trojæ.
Nec aliàs alii qvicqvam cecinere Poëtæ.

Nilqve adeo præter fabuloſam forte famam conſulere poterant Homines, Unde vel per ſomnium qvicqvam de ſingulari Solis ſtantis Miraculo percipiſſe illus ævi mortales valde dubito. Quod enim Soſias ille ap: Plautum in Amphitruone, una cum reliqvâ Gentilium catervâ ad trinoctialem monſtroſi ſui Herculis conceptũ, Solem, Lunam, Vergilias, & alia ſigna eôdem in loco ebria qvaſi obdormiviſſe narret: Certè in palude tam ſqvalidâ adeo delicatum latere gobium vero vix ſimile videtur. Gaudent enim divina Scripturæ miracula ſingulari privilegio, qvod nec voluerint impuris Gentilium oculis nimis devenuſtari, nec crebro repetitis actibus gloriam diminui. Ruit proinde Ægyptiorum παράδοσις, qvâ Soli qvadruplicem extraordinarium motum attribuunt, dum bis in occidente exortus, bis vero in oriente occidiſſe ſcribitur ap. Herodotum in Euterpe, præſertim cum Scriptura huic Miraculo aliud vel ſimile vel ſecundum dari diſertiſſimè neget: velut parem errorem errat Turpinus in vitâ Carol. Mag. qvi ſtationem Solis magis portentuoſam recitat, qvâ per integrum triduum Sol immobilis qvieviſſe ſcribitur.

§ 3.

Sed toleranda vel ſuis potius Autoribus relinqvenda forent dicta παροράματα, niſi occurrerent qvæ vel riſum vel bilem moverent Criticorum nævi. Ad Anticyras enim mittamus fictum Religioſitatis Pontificiæ aſſertorem, referente Tirino,

So-

Solem ſc. per aliqvot horas ſtationarium donec Mutius Eremita; ægrum, qvem curatum ibet, viſitâſſet. Cæterum qvis non animadvertit ungvem Ieſuviticum qvô exprimitur, Jeſus Nave, ut prematur eò factius Jeſus ex Nazareth. Duplex ſe nobis offert Hominum genus, qvorum alii ſtationem Solis ante, alii poſt Ioſuam eveniſſe aſſerunt. Illorum coryphæus eſt Rabbi Levi Ben Gerſon, Qui ſubtili ratiocinio a minori ad Majus, Moſi, (qvem κατ' ἐξοχὴν רבינו עליו השלום itemqve Prophetiæ & Sapientiæ omnis Patrem adorant Verpæ, vid. Leuſden. Phil. Hebr. Diſſ. VI. lin. 7) ad minimum æqvale ſi non majus prodigium, qvo ad ſpeciem idem, attribuendum judicat, vel de hujus veritate dubitandum, "הנה היה זה המופת נפלא לאין שיער מהמפתים שנעשו ע׳ משה וגו" Quibus paria legas: in מורה נבוכים p. 2. c. 35. Probationem vero modumq; ſi urſeris, figmento gypſum Chryſippi inducet Iudæus ex ipſius textus noſtri viſceribus petitum, qvod ſcilicet Sol *non maturaverit* occaſum, ſed tardioribus tamen gradibus, motuq́; perpetuo, licet minus concitato, proceſſerit, cum forte tempore Moſis prorſus immobilis conſtiterit. Sed miror qvî telis araneæ adeo fragilibus monſtra tàm grandia captare audeat Hebræus ipſius Hebraicæ lingvæ oblitus; cujus Genio in duorum verborum conſtructione Emphaticus prioris pleonamius haud repugnat, ut לא־אץ לבוא idem ſit, qvod non occiderit, aut ad minimum prius Verbum adverbialiter explicandum veniat, qvod ſc. Sol non *cito* occiderit. Exempla pertotam S. Script. ſparſa invenies. Nec occinit inſtituto pulchra Accentus Conjunctivi Merca cum ordinario Principe harmonia, qvæ talem divulſionem Verborum non admittit, ſed potius incluſionem unius in altero ſubinnuit; veluti enim Amicum itineri accinctum cum rogo, ne abire feſtinet, certè teſtudineos greſſus ſi precarer vix boni Amici nomen mererer, ſed placidè potius mecum reqvieſcere volo. Inſinuat hoc partic: compoſita ולא qvam commodè expoſueris, *& ne qvidem*, qvæ Excluſivam qvod Sol *tantum non feſtinaverit*, non admittit.

 Nec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

Nec eò ipſo infringitur Eminentia Moſis, nec enim ἀυχημάτων propheticorum ὑπεροχὴ ſtatim infert identitatem ſpecificam, nec à non diſtributo ad diſttibutum valet conſequentia, non enim valet, Moſes fuit Major Ioſva, E. idem miraculum à Moſe eſt productum. Cur non ferrum qvoq; per manum Moſis natavit: & cur non potius contrarium ſeqvitur? ſi major erat, E veriſimilius erat ipſû majus, non vero ſpecie facere idem cum Ioſva produxiſſe miraculum. Silebo, qvod ex Hypotheſi Judæi, ſi Sol tantum lentè proceſſit dignitas Moſis Ioſvæ gloriam non infri gat, cum lentè proceſſiſſe æqvè ſtupendus ſit infinitæ virtutis effectus, qvàm enim motus pet Naturam inſeparabilis eſt a Solc, tàm à ſolari motu feſtinatio.

§ 4.

Horum, qvi iteratam ſcilicet, poſt Joſvam, Solis ſtationem ſtatuminant, Sententiæ patrocinatur Torniellus Annal: Sacr: ad A. M. 2300 his verbis: Unus, ait, *ex poſteris Selæ, ſcribitur firmâſſe, Solem ut ſteterit. Qvis autem iſte fuerit, aut qvomodo, aut qvâ de causâ, incompertum habeo.*

Ignis forte fatuus Viro haud inerudito affulſit ex 1 Par. 4. 22 seqv. In qvem locum audiamus qvæſo præter Gloſſam ordinariam Liranum, Fevardentium ipſamq; Papalis infallibilitatis autoritate Canonizatam Vulgatam, cum ea plurimis errandi anſa fuerit, audiamus, inqvam, commentantem Hieronymum in Quæſt. Hebr. pag. 342. Tom. III. Edit: Pariſ: *Tradunt ait, Hebræi hunc fuiſſe Elimelech, Virum Noëmi Patrem Maalon & Chelion, in cujus tempore Sol ſteterit propter prævaricatores Legis, ut tanto miraculo viſo converterentur ad Dominum Deum ſuum. Qvod qvia facere contemſerunt, idcirco fames invaluit, ut ille qvi in Tribu Juda prior videbatur, famis inopiâ cum Uxore & Filiis, non ſolum Patriâ pelleretur, ſed etiam in eâdem peregrinatione cum Filiis moreretur. Viros autem Mendacii eſſe Maalon & Chelion qvi hic ſecurus & incedens appellantur & de qvibus dicitur qvod Principes fuerint in Moab, eô qvod Uxores Moabitidas duxerint in Hebræo expreſſius ponitur, &c.*

Verum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

Verum ſi expreſſius Hebraicæ Veritati inſtitiſſet S. Pater notâſſet ſine dubio Errorem partim *Genealogicum*, ut enim docent Magiſtri ex Seder Olam Majore c. 12. qvod Elimelech unà cum anonymo amico Ruth. 3. fuerit frater Salmon, minus rectè elimelech ad Filias Sela 1 Par. 4. 21. refertur, cum hic ſolum ſit collateralis non vero in Linea rectâ adſcendente conf: Matth. 1, 4. Gen. 38. 5. Partim Theologicum non ſolum ἄγραφα ſed & ἀντίγραφα multiplicando Miracula; ut taceam reliqvos citatos Autores qvi Elimelech faciunt in Bethlehem reducem contra Ruth 1. 3. Partim philologicum (α) Nomina propria, qvæ tamen in omni Lingvâ ſunt ἀνερμηνευτά, transferendo (β) addendo ea, *qvi ſolem ſtare fecit*, de qvibus tamen in hebræo fonte altum eſt ſilentium. Sed imitari poſſem Targumicum Interpretem qvi ultima verba v. 22. Arabem qvi duos integros ſc. 22 & 23, Syrum, qvi integros 4. verſus omiſit, niſi magnis qvoqve Viris hic aqvam hæſiſſe percepiſſem.

§ 5.

Rejectis vero fictis Stationibus Solaribus, Unam, Veram, Magnam viſuri ſumus, qvam non neglectâ connexorum adcurata conſideratione exhibet Ioſva c. 10. 12. שמש דום בגבעון Fregerat Amorrheorum crania gravis de cælo Lapidum imber, etiam Animus Hoſtium cælo ſereno frangendus reſtabat. Scilicet non ſolum aſperorum *L*apidum fulmen, ſed & ſolis reducti Lumen exitium impiis portendebat præſentiſſimum, præſentiſſimum piis auxilium, ut adeo ſtupendum Solis ſtantis miraculum non ſolum ſit *Univerſalis Juſtitiæ & Judicii documentum, ubi qvi in multitudine Miſericordiæ judicandus venit, Juſtitiæ gladium evaginabit.* Verba ſunt Ruperti Abbat: Monaſterii Tuitienſis lib. de Trinit: & Oper: Ejus, pag. 330. ſed & ſingularis potentiæ: Sol enim Amorrheorum Deus erat, qvi ipſis militare ſine dubio credebatur reliqvos ἀερομαχίαν commiſſuros perſvaſis: Verum ut Amorrhei contra Deum, ita ſol Deus illorum contra ipſos Galeam qvaſi & ægida aſſumſit Iſraelitis undiq; præſidium invenientibus & ſubſidium conf. Salian: Annal. V. T. pag. 340.

Re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

Repreſſit igitur Potentia Dei Idololatriam, partim in Idolo, dum ſolis curſum frenando, eum ſibi ſervum fecerat: partim in *I*dololatris, eorum malitiam exſcindendo. Utrumq́; inſinuat Dionyſius Areopag. Diſp: contra Apolloph. Epiſtolæ 7. p. 286 Πῶς ἂν ȣ̓ σέβει τὸν ἐγνωσμένον ἡμῖν κἀκ τȣ́τȣ, καὶ ὄντως ὄντα τῶν ὅλων θεὸν, ἀγόμενος αὐτὸν τῆς πανταίτȣ καὶ ὑπεραῤῥήτȣ δυνάμεως· ὅταν ἥλιος ὑπ᾽ αὐτȣ̃ καὶ σελήνη κτ̃ δύναμιν καὶ στάσιν ὑπερφυεστάτην ἅμα τῷ παντὶ τό πάντη ἀκίνητον ὁρίζωνται.

§ 6.

Hoc juſtitiæ rigore, & potentiæ vigore motus Joſva, Numen cæleſte ut Dominum, Lumen cæleſte ut diei Dominum alloqvitur: Nec enim Solem juſſu Hominis ante ad reqviem compelli fas erat, qvam Deum precibus compellâſſet Orator, dubito, an Bellator fortior. Unde Thema noſtrum Alii per optativum, alii per Imperativum pauci per Indicativum exponunt. Nos plurium affectuum συνδρομὴν agnoſcimus cum Arabe, cui adhibetur vox حَاطَبَ ɔ: concionem habuit, ut in ſolenni hâc Sapientum & Rudium, Civium & Hoſtium panegyri ſuccinctum cum ipſis Cælitibus inſtituerit colloqvium, cujus caput preces, finis, ſine fine hymnus. Hinc in fonte אז ידבר יהושע ac ſi Ioſva in ipſo דביר ſive Sanctuario, ad oracula gratioſe edita (ex harmonia Arab: دَبَّرَ) ante triumphum ἐπινίκεια *& victricia carmina decantaret*, Quæ *M*ens fuit Chald: Paraphr. & Comment. Tanchum: addita voce שבח, *Laudavit*, qvod ſcilicet novam in ſuorum ſalute ſibi ſalutem ominatus liberiore venâ carmina fundere cœperit, ſi Rabbinorum præſertim hic ſtandum eſt Judicio. Dubium n'amq́; R. D. Kimchi, num Metri menſuram paterentur allata Joſve Verba tollere voluit מסכת ספרים ubi pauculis verbis transpoſitis integri leguntur verſus, qvi judice doctiſſimo Maſio ſunt jambici tetrametri acatalectici. Quicqvid ſit: ſtent ſua Carminibus laudes, nobis concomitans in delitiis eſt oraculum. Quam enim miro glaucomate cælo Lunam deduxere *M*agi juxta Poëtam, *M*ontesve Orpheum canentem imitati leguntur, tam ſpectabili mira-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

culo ad votiva modulamina Sol ſuſpenſa tenens ora ſiluit, tacitus qvaſi laudum divinarum orator, ut bene meditatur R. Schel: Jarchi, verbi plene adſcribi dignis. אמר שירא תחת השמש לפי שאם לשמשדום רום מלומר שירא וכל זמן שהיה דומם עומד ואינו מהלך שבכל עת הילוכו הוא אמר שירא וכשותו של מקרא דום לשין המתכח כמו אם כה יאמר אלינו דומו וכן רום ליי׃

§ 7.

Cæterum dictæ vocis δείνωσιν augit præmiſſa particula אז non ſolum temporis enallagen, qvod notat Waſmuth Hebr. Reſtit. c. 5. ſect. 2. Memb. 3. (Ut duplex adeo in Hebraiſmo occurrat Partic: Converſiva alia inſeparabilis ו alia ſeparab. אז) ſed & Perſonæ ſubitam importans metamorphoſin, qvâ v. 8. ἔκφοβος fere καὶ ἔντρομος אז extemplò extemporaneus Orator heroicum induerit animum, non ſolum populum, ſed & Aſtra qvin Deum ad colloqvium qvaſi laceſſendo. Quamvis vero prolixiorem hìc dialogum, veluti qvoqve inter Cainum & Abel, Joſephum & Potipharis Uxorem, & alibi recenſeat Targ. Hieruſol: tamen hæc πάρεργα γραφῆς recenſita, vix videntur retardâſſe fervidi Athletæ impetum ליהוה *coram Deo* non multa ſed multum precantis. Dictum ליהוה enim factum. *Adfuit enim* ait Philippus Brietius Chron. Unini Dec, 9. ſec. 26. *Mancipibus ſuis Deus, nam fugientes Amorrheos lapidibus obruit, e cælo reliqvi palantes ferro dimiſſi. Et ut plenior eſſet victoria, hujus ſpectator & adjutor eſſe ab Homine ſol ipſe juſſus eſt, & horis totis* 14. *producere diem, ut deſperarent Cananei reſiſtere Imperatori cujus ad vocem qvos colebant ut* Deos *ſol & luna more famulorũ obſeqverentur, &c:* Pro hamo vero & freno fuit Verbi efficacia, qvâ, ut Deus ipſe Orbis machinam produxit, ita Verbum ſuum ſervi ore prolatum qvavis Archimedea machina potentius eſſe voluit, qvò non ſolum terram movere, ſed cœleſtia lumina certo in loco cohibere potuit. Divini enim qvid Verbo ſuo ineſſe voluit Deus, qvo ipſe veluti in ſpeculo exprimeretur, veluti in Hebr: אמר, per Gematriam literalem Trinitatem exprimit, Medium enim מ qvo משיח inſinuatur, ſtipatur a fronte litera א notâ אב, a tergo lite-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

litera ר nota רוח הקדש. Hac vero infallibili Trinitatis vir-
tute munitus Ioſva dicticè, ut cum ſcholis loqvar, oſtendit preces
cœlo acceptas, internamq; cordis πληροφορίαν לעיני ישראל in ocu-
lis Iſraelis ipſo felici voti eventu manifeſtam reddit, nihil mi-
nus volens qvam Cives objecto glaucomat decipi, ſed potius
vultus eorum ad cœlos erigens, cum futuri eſſent ſtupendi mira-
nuli oculati teſtes & aſſertores plane indubii. Certè ſi Magnus
olim Grotius Commeut. in v. ſeqvent. recte putat ישרים contra-
ctum eſſe ex ישראל, qvod Iſrael cæteris gentibus palmam æqvi-
tatis & juſtæ veritatis præcipuerit, Mihi licebit inverſo hìc ordi-
ne dicere per ישראל intelligi contractè ישרים Rectos ac Juſtos,
qvod tanqvam recti rerum non minus divinarum qvam huma-
narum Cenſores rectiſſimè, neqve juxta inficetæ plebis humi-
lem captum ſciverint, qvæ ex ore Ioſvæ audiverunt, ipſiqve
oculis viderunt. Ut valde nobis diſpliceat Toſtati aliorumqve
impudentia, qvi, cum miraculi veritatem ſcepticè ſatis immu-
nuere conantur, non verentur ſcoptica dicteria cum in conſultæ
Matheſeos ignorantia, aut ruſticæ ruditatis opprobrio, in Ioſ-
vam ac Iſraëlem eructare qvaſi illum præter θεοπνευστίας donum
ſapientia Æpygtiorum fugeret, qvi Moſen Præceptorum tàm
diuturno temporis tractu audivit. Hunc vero in tanta caterva
hominum finitimis terribili non exornâſſent aliqvi docti ſolidâ
ſapientiâ penitus imbuti. pro lydio lapide, non vero pro nor-
mâ lesbiâ obſerva Fidem, Rationem, Oculos & aures ſenſus
Iſraëlis ἀκριβεστάτως qvi juncta operâ amovebunt ſcrupulum om-
nem qvo infertur abſurdum ac ſi viderentur verba, qvia Textus
habet, ויאמר לעיני. Accidit enim ut ſcriptura multis ſit veluti
Tabulæ Ligneæ Demarati, qvas Spartam deferri juſſit, inſigni-
tas qvidem ſcripturâ, verùm ob ceram ſuper inductam delite-
ſcente. Hinc plurimi Interpetes verſionum ceruſſâ decepti vo-
ces לעיני ישראל nunc ad præcedentia incerti trahunt, nunc ad
ſeqventia tremuli rejiciunt. In fonte tamen Accentus Rhebia
majoris certe ὄμματος καὶ κόμματος regionem ſuam a ſeqventi-
bus ſolido Ebreo-Doctorum judicio diſterminat, connecten-
dam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

dam priori voci quæ non niſi minori ſub-diſtingvente Pſick-Legarme eſt munita, In concentricis nobiſcum eſt Arabs qvi verbo إِسْرَائِيل ſubdit aſteriſcum, ut Syrus punctum ſemiperiodicum. Eô proinde qvòd Joſva eſt locutus לְעֵינֵי יִשְׂרָאֵל, Iſraëlitarum præſentiam ſubinnuit, pariterq; adcuratum judicium, qvo oculatas aures adhiberi fas erat, cum Sermo erat de Sole Lucis omnis Fonte & Scaturigine, ut propriis ſe Radiis deſcribit ap. Bucan. Epigr. lib. 2. p. m. 389.

> Sol oculus Mundi, Longum Mortalibus annum,
> Inq; vicem noctes metior atq; dies.
> Luminis & vitæ fons, per qvem fructus & Uſus
> Utilibus, pulcris gratia rebus adeſt

§. 8.

At non minus utilé, qvam pulcram, dierū noctiumq; viciſſitudines metiendi ſpartam, ſol qvaſi ſublimiori intentus negotio, depoſuit, prolatis tribus verbis, שמש דום בגבעון. Qvibus brevis numerus grave tamen ineſt pondus. Ponderemus proinde brevia breviter. Subjecti partes, qvovis fatente, ſuſtinet שמש, ubi trium Radicalium præſentia veram nihilominus Radicem in medio relinqvit. Alii Vocem volunt compoſitam ex שם ibi & אש Ignis qvod ſol ſit qvaſi furnus Ignis Mundani, Verum cum Hebræa Lingva in ſimplicitate vocum maximum affectet nitorem, Appellativorum Compoſitorum, (qvalia pauciſſima, vel nulla habet, comparatione inſtituta cum occidentalibus L. vel Syriacâ) numerum ſine ſonticâ cauſâ augere temerarium erit; præſertim cum affines L. reclament, qvippe in qvibus hæc Vox, ex hypotheſi, compoſita, idem ſonat, at partes componentes longè diverſum. Sic Chaldæi mutant ſibilantem in blæſam pro שם dicentes תם. Syri, qvibus ex Chald: שמשא eſt ܫܡܫܐ, primam vocem extra compoſitionem prorſus non habent; altera, ܐܫܐ ipſis diverſâ exſiſtente. Arabes ambas voces ثُمّ & أَنِيسَةٌ habent, ſed forma longe magis diffor mes, qvam ut ingredi qveant compoſitionem ʒ شَمْس. Qværenda proinde Radix ſimplicior, qvæ vocem ſim-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

ſimplicem genuerit. Eam alii agnoſcunt שמש *Miniſtravit.* Qvod purpurea Solis facies, faculâ qvaſi admotâ, lucendo & ducendo, toti humano generi adeo promta exhibeat miniſteria, ut, ſine Sole, Solum clauſtris Erebi foret comparandum. Et ſane, ſi communi doctorũ calculo nigrum adſpergere qvis vellet, vel moruſus foret, vel moroſus nimis. Niſi forte disſvaderet Hebr. L. genius, cui vocum biſſægolatarum originem ex ſecunda conjugatione arceſſere eſt inſolitum, vid Troſtium, Waſmuth, & infinitos alios. Accedit, qvod character mediæ duplicandæ in nullâ comparéat Lingvâ. Et certè ſignificatio, nec admodum Scripturæ genio, qvi Soli ממשלת ביום attribuit, nec Phyſicorum vel Aſtronomorum menti eſt accommoda, cum ii vix pompoſa ſatis inveniant verba, qvibus Solis extendant Imperium. Loqverentur pro me qvotqvot e Doctorũ manibus in publicam ſalivam prodeunt Syſtemata, ſed nunc ſuffecerit ex Arabibus petitum unum alterũ adferre Dominii Solaris munimentum. Alkabitius tract. Aſtronom. differ. 2. Comment. Iohanne Saxonio prolixè refert, qvomodo ſol adſpectu, conjuctione, calore, acceſſu ad verticem, ſiccitate, colore, &c: ſingula regat, qvibus paria leges in Alpetagii Theor. Planetarum. Omnibus vero palmam præripit Albohazen Haly, Filius Aben-ragel, qvem ſolum proinde eò prolixius in ſcænam adducam. Is de Iudic: Aſtror. p. 1. c. 2. *Scito*, inqvit, *qvod ſol ſit lumen & candela cœli, gubernator Mundi, factor temporum, nam per eum fiunt Planetæ orientales & occidentales, per eum fiunt apparentes & occulti, per eum movetur omnis res ſe movens, & per eum naſcitur omnis res naſcens, per eum creſcit omnis res creſcens, & creſcit omne folium & matureſcit fructus; ipſe eſt Spiritus cœli Magnus, vivificat, illuſtrat, & illuminat. Qvando exit de ſigno aliqvo remanet ſignum illud in ſimilitudinem corporis defuncti qvod ſpiritum & motum non habet.* Et, poſt pauca. *Signum in qvo eſt Planeta,* (Sol ſc:) *poteſtatem habet ſuper omnia alia; Per ſolem fit decurſus aqvarum, Motus ventorum, naſcuntur nubes & veniunt Pluviæ: In Summa Sol eſt Planeta magni Dominii, potentiæ, nobilitatis, altitudinis & magnitudinis; fortunat aſpectu,*

ſed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

ſed contactu corporali infert dominium. Specialis v. dominii Exercitium paulo inferius refert Arabs: *Locus Solis in cœlo eſt qvartus inter 7. Planetas dedit Marti ſuam Militiam qvia cœlum eſt ſub cœlo Martis, & conveniunt Naturâ & calore. Dedit Iovi judicia propter temperiem, honeſtatem & ſuæ complexionis Salutem. dedit Regnum Saturno, qvia Planetæ omnes ſuum lumen mittunt ad eum, & ſuas conſiderationes: dedit Veneri collectionem redituum & poteſtatem emendi & vendendi. Mercurio vero ſcriptionum poteſtatem, qvia ſtatus ejus eſt ut Status Scriptoris Regis. dedit Lunæ Algazilatum qvia eſt ſimilis Algazilo Regis.* Per Algazilatum intelligunt alii Societates qvæ vel ſpe damni inferendi, vel lucri referendi ab Exercitu ſe ſeparant. Qvo vero fundamento nitatur hæc explicatio, necdum ſubodorare valui. Giggeus & Golius ſanè, ſilent. Nec video applicationem commodam. Si liceret conjecturâ uti, dicerem in fonte debere eſſe الوسلاه alvaſilaton à وسل Vaſallus, qvi cultu & affectu eſt proclivis in ſuperiorē. Dani eum exinde dicunt en Vaſall (veluti & Danorū Maſchabie oritur ex Ar. صحب) cui vero hoc magis competit qvam Lunæ, qvæ Pro-Regali in noctem dominio Regis ſui Majeſtatem acceſſu luminis pro modo receſſus a Sole præclare manifeſtat. Ex preſſit olim hanc dominatricem ſolis potentiam Ægyptiorum Hieroglyphicon, per oculum ſceptro innixum, denotans Solem inſtar Monarchæ in ſummô qvaſi Majeſtatis throno eſſe locandum.

§ 9.

Attamen aſſerti hactenus Dominii eminentia non negat omnem originationis dependentiam competentem שמש, qvod innuunt Roſenbachius in Moſe omniſcio, & Marianus Brixianus in תבת נוח. Qvamvis enim Biblia V.T. purioris Hebraismi moderni norma merito cenſeatur, antiqvatam tamen vocis originem Filia L. Arabica ſibi uſitatam reſtituit, cui شمس idem eſt qvod *luxit*, Sole lucente claruit, unde شمس *Sol*, Vocabulum cum Hebræo conveniens non ſolum Elementis ſed & accidente grammatico,

 gene-

genere ſc. fœminino, cum luna utrobiq; ſit gen. Maſculini, ne alterutrum ſidus cœleſtis συζυγίας, dominii gloriam præ alterô aucuparetur; qvod celeberrimus Arabum Poëta Motanabbi haud infelici meditamine expreſſit, referente Clariſſ. Ed: Pocock: in Eruditiſſimo Comment in Carmen Tograi p. 13.

وَلَا التَّانِيثُ لِاسْمِ الشَّمْسِ عَيْبٌ

وَلَا التَّذْكِيرُ فَخْرٌ لِلْهِلَالِ ۞

Nec nomen Fœmininum Soli dedecus
Nec Maſculinum Lunæ gloria.

Habet vero Arabicum illud شَمْسٌ hoc qvoq; peculiare, qvod in plurali unitatem importet, ob eam eam cauſam, dicente Golio, qvod qvâvis ſui parte ſit Sol, id eſt, ubiq; luceniſſimus & ferventiſſimus. Videtur enim Sol inſtar continè ebullientis & ferventiſimi æris, flammæq; lucidiſſimæ ſe perpetuo in gyrum reciprocantis, ait Marian. Rheita lib. 4. c. 2. Memb. 1. Actuoſiſſima enim Ignis ſolaris Virtus nunqvam otioſa continuis tubulis aërem perterebrat, lucemq; terricolis communicat, ut tamen permaneat conſiſtens lucis fons, fluxu lucis non diffluens, nec dando minus habens, &, ſi qvicqvam brevibus gyaris, vel, olim carcere dignum, proferre volumus, *lapis Igneus*, Qvæ innoxia ſatis fuit Veterum ſententia; audi Platonem in Apol. Socr. de diis Athenienſ: ſuisq; diſputans οὐδὲ ἥλιον οὐδὲ σελήνην ἄρα νομίζω εἶναι θεοὺς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι ἐπεὶ τὸν μὲν ἥλιον λίθον φησὶν εἶναι, τὴν δὲ σελήνην γῆν. Nominat ſtatim Autorem Anaxagoram, cujus Sententiam clarius etiamuum Laërtius profert, lib. 1. in Anax: οὗτος ἔλεγε τὸν ἥλιον μύδρον εἶναι διάπυρον, utut Athenienſibus, Qvi, Romanis Jovem Lapidem jurantibus, erant rigoroſiores, eadem minus placuerit, nam Anax: Clazomenius, ait Joſeph. lib. 2. contr. Appion: qvia exiſtimantibus Athenienſibus ſolem eſſe Deum, ille eum ſaxum ignitum, aſſeruit, paucorum ſententia morte eſt mulctatus. Ita nec Mentes nec lingvas liberas eſſe voluit libera Reſpublica; qvin, (qvod in ſummo Iure iniqvum eſt,) Cimmeriis & Epicureis corvis

veni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

veniam dederit, at Columbas vexaverit iniqva cenſura; Taxat Cimmerios Plutarchus περὶ δεισιδαιμ: Καί τοι γε Ἀναξαγόρας δίκην ἔφυγεν ἀσεβείας ἐπὶ τῷ λίθον εἰπεῖν τὸν ἥλιον. Κιμμερίους δε ὐδεὶς εἶπεν ἀσεβεῖς, ὅτι τον ἥλιον ὐδε εἶναι νομίζουσι. Miratur Epicuræos meritò Auguſt: de C.D. Lib. 18. c. 41. *Cur Anaxagoras reus factus ſit, qvia ſolem eſſe dixit Lapidem ardentem, negans utiq; Deum, cum in eâdem Civitate floruerit Epicurus, vixeritq; ſecurus, non ſolum Solem vel ullum ſiderum Deum eſſe non credens, ſed nec Jovem nec ullum Deorum in mundo habitare contendens.* Ut adeò innocua prorſus videatur Anaxagoræ ſententia, qvâ nihil niſi firmam lucis & caloris περιχώρησιν, juxta commune placitum, novo vocabulo docere voluit. Enimvero optandum foret alios non craſſius fuiſſe philoſophatos. Sacrilegam Manichæorum Lingvam ſæpius increpat Auguſtinus, *Qvod ſomniaverint Lunam impleri ex fugitivâ Dei parte, qvam commixtam Principibus tenebrarum, & eorum ſordibus inqvinatam corde & ore ſacrilego credere & loqvi non dubitant.* Epla 119. ad Januar: de Ritibus Eccleſiæ; & lib. de Hæreſi ad Qvodvult Deum. *Qvicqvid vero purgatur*, fabulantur, *per qvasdam naves Lunam & ſolem volunt* Regno *DEI tanqvam propriis ſedibus reddi, Qvas itidem naves de ſubſtantiâ Dei fabricatas perhibent, qvin non ſolum rationis, ſed & ſenſus omnis jacturam paſſi videntur, dum ſolem faciunt navem triangularem, exq; eâ puellas ejici qvarum formoſiſſimis corporibus inardeſcerent Principes tenebrarum, ad fœminas Maſculi, &c.* qvæ referre piget, pudet ex lib: 20. contr. Fauſt: Manich. Theodoret: Polym. lib. 1. de Manetis hæreſi aliam functionem cymbæ Charontis haud abſimilem qvod ſc: ut cum Epiphanio loqvar, fuerint πορθμεῖα, Luminaribus ex ſententiâ Manichæorum attribuit. τὸ δε πλοῖα λέγοντες εἶναι τῶν τελευτόντων ψυχὰς ἀπὸ τῆς ὕλης μεταγοντα πρὸς τὸ φῶς. Veluti & alii, ob id qvod globus ſolis totus non appareat credidere id qvod in Sole oculis cernimus eſſe κυρτὸν cavi cujusdã qvo Solis corpus contineretur, atq; illud cavum appellavere poculum vel navigium, ob ſimilem formam. qvæ pro more egregie taxat Iſ. Caſaubonus Animadv. in Athen. lib. 2.

§. 10.

Verum iſtiusmodi realia deterentia vaſa Solis, ſ: lapidem, ſive navigium ſive poculum, in medio relinqventes, neminem principale & naturale qvaſi officium Solis شمس *lucere* vidimus in dubium vocare, ut hæc denominatio optimo jure Soli competat; utut Sexcenta talia qvibus Naturæ gazophylacium illuſtrare poſſemus, ſuppeditaret L. Arabica Synonyma. Nobis, non plane intacta abibunt duo Hebræorum חמה & חרס. prius calorem, poſterius ſiccitatem vel Hieron: Interpretein Eſ. 25 ὄςρακα id eſt teſtem vel ariditatem ex Job. 9. 7. importat, ad demonſtrandos Solis effectus diverſos; adverſos. Rem acu tetigit Lil: Gyrald qvi Op. T. 1. Synt 7. bene meditatur, qvod Phœbus dicatur ἴκως ſ: *M*edicabilis ἀπὸ τȣ̃ ἰᾶσθαι & Pæan ἀπὸ τȣ̃ παύεσθαι τὰς ἀνίας id eſt ſedando Moleſtias, vel ἴκως ἀπὸ τȣ̃ ἰέναι βελȣς id eſt, immitendo ſagittas. Qvorſum ſpectant Emblemata veterum, in qvibus Soli attribuerunt 1. Lyram qvæ cœleſtis harmoniæ Imaginem monſtrat. 2. Gryphem, unde terrenum Numen conſpicitur. 3. Sagittas qvibus infernus Deus & noxius judicatur. Ac ſi aureus ille mundi oculus nunc vultu blando terricolis arridere, nunc gravi ſupercilio Mortales terrere geſtiret, prout præſens Solis ſtantis Miraculum hos animavit, illos exanimavit, unicâ vindictæ ſpe velictâ qvâ glebam ſangvine ſuo potam atrociter morderent. Veluti glebæ mordicus adhærere videntur, qvi vel Idolum ſolare ut Grotius in h. l. vel ipſam terram in locum ſolis reponunt, Cum in Sole ipſo ſtationem diſertè ponat Scriptura; Qvid vero de reliqvis ſtellis ſit dicendum ex mente noſtrâ, breviter adnectimus.

§. 11.

Placet diſcrimen obſervatum a doctiſſ: Merula Cosmogr. p. 1. lib. 2. qvo Planetæ diſpeſcuntur in φωςη̃ρας qvorum officium eſt tenebras diſcutere, & umbras ab oppoſitâ parte ſpargere, & ἀςέρας contra: Qvod ad priores, diſertè meminit S ſcript: & Solis & Lunæ, ex Regum v. motu inhibito Satellitum colligimus obſeqvium. Qvâ enim ratione duo Comites, qvi Saturnum annulatum reddunt, teſte Ott. de Gvericke Exper. Magd. lib 1

c. 19.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

c. 19. Saturno, vel Medicea Sidera Jovi, (ut de aliis Pſeudo circum joviaIibus ſtellis, qvas Mar: Rheita Planetas Agrippino Urbano-Octavianos Ferdinando-Tertios ſtrepero prorſus nomine vocitat, vel Circum-Martialibus qvas affert Loqvitius, nihil dicam) Stationario, retrogrado ſe conformant, eô modo Planetas, Solis in Gibeone conſiſtentis rotatrice virtute deſtitutos, curſui velociſſimo ſufflamen addidiſſe, vero haud videtur abſimile. Reqvirit nempe mutuati Luminis beneficium, harmonicum motus Planetarii moderamen, Dum enim in Ecclipſibus ſub Sole viſis Planetæ inferiores macularum ſortiuntur figuram; Superiores vero vel ipſi διχότομοι, ἀμφίκυρτοι &c. apparent, vel comitibus Ecclipſes totales & partiales, phaſesq; varias ſuperinducunt, ſolam ſui corporis partem Soli oppoſitam lumine mutuatitio coruſcare indubitatò arguunt. Luminis verò & Motûs eandem eſſe Legem & normam tot ſeculorum obſervationes inter ſe collatæ demonſtrant; qvibus edocemur Orbitas Planetarias orbitæ Solari eſſe concentricas, & Planetas æqvidiſtantem ab utroq; Eclipticæ Polo affectare ſemitam, Regiam Solis viam omni ex parte ſecuturos, niſi infinitarum aliàs eventurarum Ecclipſium fuga qvasdam induceret latitudines ſ: digreſſiones ad latera Mundi, qvarum anomala Ratio diſcedendo & recedendo Motum motui ſolari adeò componit, ut cum Militibus, ut ut voluntariis, caſtra deſerere, nutumve Imperatoris non ſeqvi, grande nefas ducant. Ex æqvalitate verò Motûs fluit æqvalitas Quietis, ut Solis totius Syſtematis Planetarii centro conſiſtente immobili, totus Planetarum chorus in gyrum agi deſierit; partim ideo, ne ſphæram directricis activitatis e radiis ſolaribus fluentis excederet: partim ne Elegantiſſima Mundi machina, Rebellione qvaſi ortâ, turbaretur. Ponas namq; Solem 12 horas ſtetiſſe reliqvosq; Planetas motos, omnia ſtatui Creationis adverſa invenies, itemq; Computò Chronologico, qvi cum Magnam ſui partem a motú Lunæ dependeat, Luna vero arctiori vinculo præ reliqvis Planetis Soli non eſt obſtrictus, parium ad minimum par ratio erit. Vel potius: Si luna Eccentrica qvievit, multo magis reliqvos Plane-

tas

tas, Solem pro Centro agnoſcentes, qvieviſſe eſt dicendum. Certè, ſi ſcriptura ſiluiſſet ſtationem Lunæ, ſuppeditaret Natura rationes, qvibus Quietem lunarem ſvaderi, qvin perſvaderi poſſe crederem. Sicubi namq; Luna, triqvetro adſpectu vel qvadrato, Solem adſpiciens, pernicitate motus diurni, Solis qvieſcentis Locum occupâſſet, non ſolum ipſi Soli metuenda foret Ecclipſis ſed & Luna intra paucas horas nunc ab unâ, nunc ab altera parte ſemiplena, mox orientem, mox occidentem verſus, præcocia nimis verteret cornua. Idqve ipſum ſtatuendum eſt de reliqvis Planetis, qvorum alii ſenſibile habent lucis in- & decrementum, alii vero, qvi ultra aliqvot gradus à Sole non elongantur, nunc motu indefinibili, pro ſextili oppoſitam prorſus Soli præberent faciem. Addimus præterea ex ſtatione Lunæ fluere perſiſtentiam rerum ab ejus motu dependentium, qvales nunc ſunt Turcanum Hegiræ, & eſſe putantur acceſſus & Receſſus æſtus marini; ſecundum qvem veteres Dani & Saxones annorum ſuorum initia ſunt orditi, ſi fides habenda L. Lindæ in deſcrip. orbis lib. 8.

§ 12.

Sed fixarum qvoqve Stellarum reqviem reqviſivit Naturalis Solis via. Sole enim ſtante ſi moverentur fixæ, mox extra Ecclipticam ſolem peteres; eumqve ſi in alterutro Tropicorum hæſiſſe conceſſeris, ſpatio dimidiæ revolutionis cœleſtis, 12. ſc: horarum Polo Ecclipticæ propiorem, nec naturali motu in priſtinam ſemitam reducibilem invenies; Ut ut enim Zenith noſtro, ut ut polo æqvatoris propior evadat Sol, qvo magis capitibus noſtris imminere viſitur, nunqvam tamen, vel in ipſo ſolſtitio æſtivo, Eccliptica polo propior erit, qvam brumali, cum legitimus Circulus, in omnibus punctis, à polo ſive centro ſuo æqvidiſtantiam, omnium ſanè philoſophantium judicio, neceſſariò reqvirat:

وَٱلْحَمْدُ لِلَّه

CO-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

COROLLARIA.

1.

KUſcoi Syrorum non exprimit Dageſch F: Hebræorum, vel Teſdid Arabum cont: Crines: Leusden & alios.

2.

Lingva *Aramæa* olim præter *Aſſyriacam*, *Arabicam* & Æthiopicam includebat, nunc vero *Aſſyriacæ* Synonyma in 3. Dialectos, Babylonicam, Hieroſolymitanam, & Syriacam ſive Maroniticam melius diſtingvitur.

3.

Veteres Syros ſcripſiſſe deorſum, legiſſe verò dextrorſum, nec abſonum eſt, nec incommodum.

4.

Minus adcuratè docet Scikardus τὸ keri ſemper præferendum eſſe τῷ Cetibh. cum keri ſæpè ſit huic æqvale, ſæpe deterius.

5.

Vesla *Arabum* â Macceph Hebræorum plurimum differt; cum hoc nullum habeat literarum delectum, illud verò ſoli Eliph competat.

6.

Qvamvis utraq; hæc nota orthographica voces conjungat, neutra tamen voces reddit compoſitas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

7.

Non eſt cur ſcribantur regulæ de duobus punctis τῦ kamets ketuph abijciendis, cum illa duo puncta nunqvam adeſſe debeant.

8.

Verba defectiva & qvieſcentia apud Hebræos, Chaldæos, Syros & Arabes non ſunt Anomala.

9.

Etiam Samaritaniſmus Theologo eſt utilis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

[illegible] ⁘

שמש בגבעון דם

ſive

MIRACULUM SOLIS STANTIS IN GIBEON

Ex Joſv. X. v. 12.

Ad venerabilem Senatus Philoſophici
conſenſum
Diſſert II. in Regiæ Acad. Haſnienſ.
AUDITORIO PHILOSOPHICO
Ejusdem diei hor. pom.
proponet

M. PETRUS KROGIUS.
NICOLAI FILIUS.
Defendente
MAGNO ANDREÆ REGELIO
Philoſ. Baccal.

Literis Reg. Majeſt. & Acad. Typogr. Cornificii Luſt
Anno MDCLXXIX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

INCOMPARABILI

FRATRUM GERMANORUM PARI

VIRIS

Nobiliſſimis, Spectatiſſimis ac conſultiſſimis

DNO: CASPARI SCHÖLLER

DNO: de Lellinggaard, S. R. M. à Secretis

Cameræ intimis

PATRONO BENEFICENTISSIMO

&

DNO: ERASMO SCHÖLLER

Judici Provinciali Selandiæ

Urbisq; Coagienſis Conſuli Primario

digniſſimo

EVERGETÆ ÆTATEM COLENDO

Diſſertationem præſentem

Summæ gratitudinis Teſſeram fidelisq; obſervantiæ

obſidem ſacram exhibet

PETRUS KROGIUS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

בצ"ה

§. 1.

QVamvis jure merito nos movere poterat dictum Arabis مَنْ كَثُرَ كَلَامُهُ زَلَّ Cui illud ex Pirke Avoth c. 1. כל המרבה דברים חטא; *Qvi Multiplicat verba delictum committit*, ex aſſe conſonat; ne opacis meditaminibus Soli ipſi lucem ulteriorem fœnerari velle videremur; cum tamen Eruditorum collatio ſit tanqvam ignis aurifabri, qvi, qvò magis accenditur, eò qvoqve purius ex metallô omnes ſecernuntur ſcoriæ; proinde in hâc ſatis arduâ materiâ, nec inconveniens erit pulviſculos ſermone inſtitutô abſtergere, qvibus *Solis ſtantis miraculum* apud plures collutulari ſolet. Neqve enim ſpongia eſſe debet Philoſophantis cerebrum, ut omnia qvalia, qvalia attrahat, ſed ſæpe, judicio Hebræorum, inſtar משמרת, ſive ſacci fecinacei, per qvem ſcilicet, niſi removeantut feces, vinum non niſi turbidum fluet & inſipidum. Licet vero Socratis nobis mirè placeat modeſtia, qvi, teſte Laërtio, diſputavit, non ut aliorum ſententiam refelleret, ſed ut ipſe, qvid verum eſſet, inveniret, tamen ut braſſica & vitis, utut eximiæ plantæ non bene in unô conſeruntur agro, ſed earum altera eradicari debet, ut altera eò feliciora capiat incrementa; Ita oppoſitam ſententiam magnis utut ingeniis ortam, & affabrè limatam, ſi modeſtè convellere conemur, de veritatis triumphô victi, ſi non convicti, gratulabuntur. Iacta proinde אם יעזור השם ſit alea, & poſtqvam præcedenti Exercitatione παρασκευὴν & κατασκευὴν noſtri Thematis viderimus, nunc qvod hujus ſupereſt, cum brevi ἀνασκευῇ ſumus additturi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

§. 2.

Enucleatô hactenus *ſubjectô, prædicatum* perluſtrandū ſupereſt, cum in eô torqvendô, miſerè ſe torqveant adverſæ ſententiæ Patroni. Cum enim dura nimis foret interpretatio SOL STA, ɔ: TERRA STA, (eò fere modo, qvo Caroloſtadium olim correxit Oecolampadius,) exſiſtimantes contra rectam rationem eſſe, Solem revera ſtare, illud *ſta*, potiùs κατὰ φαντασίαν καὶ δόξαν exponendum cenſuerunt. Triumphat Scotanus in Heptaëm. pag. 96. de eo Auguſt: Sup: Gen: ad libr. *Cum ſcriptura divina multipliciter exponi poſſit, nulli expoſitioni ita præciſe aliqvis inhæreat, qvod ſi certâ ratione conſtiterit hoc eſſe falſum, qvod aliqvis ſenſum Scripturæ hinc aſſerere præſumat*; Verum neutiqvam exinde infertur Lesbia Scripturæ norma *Rationis* humanæ decempedâ corrigenda; nec incertâ revelatione certior *Ratio*, qvippe qvæ hìc, pro qvovis argumentô etiam, qvin primariò Scripturæ, ſumi debet, qvomodo certum eſt, analogiam fidei, & claſſicorum locorum in ſolis diſco poſitam evidentiam, ſæpius jubere, ut recedamus à litera, Ita qvidem ſi *ſcriptura multipliciter exponitur*, neutiqvam tamen id fiet *æqvè primo*, cum aliàs locum haberet illud Fabii, *Qvid intereſt, nullæne ſint an incertæ leges*: nec juxta *Rationem* ſolùm humanam, qvam in præſenti themate apud Mathematicos dubiam, & opinabilem offendimus: Qvando enim probandum eſt τὸ eſſe, probant τὸ poſſe eſſe, vel ita videri, unde pro veritate opinio, lis pro ratione voluntas; ut meritò proinde annummerandi ſint illis, de qvibus Hilarius l. 2. d. de Trin: fol. 13. Edit. Baſil. 1570. *Qvi cœleſtium verborum ſimplicitatem pro voluntatis ſuæ ſenſu, non pro veritatis ipſius abſolutione ſuſcipiunt, aliter interpretantes qvàm verborum virtus poſtulat.* Et Epiphanius in Epiſtola ad Joh. Hieroſol fol. 587. Edit. Baſil. *de puriſſimô ſcripturarum fonte, adſumentes teſtimonia, non interpretantur, ut ſcripta ſunt, ſed ſimplicitatem ſermonis Eccleſiaſtici, id volunt ſignificare, qvod ipſi ſentiunt.*

Pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

§. 3.

Proinde, cum juxta illud qvod legitur in Tanchuma in ſect. בחר: אין לך פרשא בתורה שאין לה כותרת מלמעלה ונסים מלמטה *Nullus ſit verſus in lege, qvi non habeat coronamentum supernè & baſin infra:* Sententiæ noſtræ, de *vera ſtatione Solis*, coronamentum addit, fallere neſcia cœleſtis veritatis claritas, qvæ in profundis opinionum tenebris Adamantis inſtar renidet; Baſin vero, velut tegumento coccineo & purpureo 4. columnæ; Ex. 36 v. 36. *qvatuor verba*, in Hebræo textu obvia, ſubminiſtrant; Quorum duo poſitivè proferuntur, duo vero negativè. Inter Poſitiva primo loco ponitur דום (qvod exactè conſonat Danico noſtro at være dum) ſiluit, conticuit. Dicta vero ſunt luminaria *ſilere*, contrario prorſus Mathematicis ſenſu, qvippe quibus Luna ſilens dicitur ea, qvæ nullibi comparet, cum hic luminaria lucis perpetuitate miraculum parerent. Si interpretem haberemus Ciceronem, diceret forte Concentum orbium cœleſtium harmonicum, qvem per dulcem ante ſomnium audiverat, pauſâ qvâdam interjectâ ceſſâſſe. Hebræi, qvibus Rabinorum dicta, oracula ſunt, Ex R: Moſe, qvi Doctor Juſtitiæ, Sapiens ſalutatur, dicent cœlos animatos & rationales, cum homines intellectu, qvidni & voce antecellant, audito canticô Iſraelitarum obmutuiſſe, conf: Hachspan: Not: Phil. P. 2. p. 76. Et ſim: de Muis in Pſ. pag. 83. Verum ſolidam explicationem ſufficit nobis γειτνίασις vocis דום in lingvâ Arab: ubi دَامَ Media و Interpret: Golio eſt *qvievit, perennavit*, in *eodem* ſc: *loco & ſtatu*, peculiariter vero uſurpatur in Conjugat. II. de Sole in cœli culmine gyrato volatu ſe in aëre librante ac ſi qvieſceret; Unde percipimus ex uſu Arabum, verbũ hoc qvod ſolſtitio miraculoſo Joſva applicuit, ſoli in ſolſtitio culminanti attribui; Ubi tamen non admittimus conſeqventiam, qvâ infertur, qvod, velut Sol in ſolſtitiis videtur qvieſcere, reverâ tamen non qvieſcit, ita hoc loco Sol ſtetiſſe viſus ſit, revera tamen non ſteterit: Si enim dicas Solem hìc viſum fuiſſe, ac ſi qvieſceret, & Scripturã pervertis, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

Copernicũ, cum prius illi, poſterius huic, qvi qvietem æternam defendit, è diametrô adverſetur. Solſtitia Mathematica non ſunt vera, ſed ſolum viſa, unde etiam Vitruvio, Plinio, Cenſorino, Columellæ &c. definiuntur retroceſſione umbrarum gnomonũ; *Umbra autem non percipitur retroagi ut Theon docet, anteqvam Sol octavum gradũ cancri aut Capricorni attigerit*, ut ait Robertus Hués, in erudito tractatu de globis; Eodem ſenſu, qvô alii affirmant, ante decimum à Solis in cancrum ingreſſu diem, non fieri ſenſibilem declinationem: At ſolſtitium Miraculoſum fuit & *viſum*, qvippe לעיני ישראל hoc enim voluit finis à miraculo intentus, & *verum*, alias verè non exaudiverat Deus vocem hominis v. 14. nec *verè* vidiſſent ſolem ſtantem, niſi verè ſtetiſſet; Confirmat hoc Paralleliſſimus partim Verſionum; partim locorum Biblicorum. Chaldaic. אוריך moram cum prolongatione conjunctam infert; uſurpatur in Targ: Onkelos: Num: 9. 19 de Nube באורכות morante dies multos, ut igitur Nubes, migrationi adſveta, ita viſa eſt manere, ut vere manſerit, ita de Sole idem pronunciandum eſt; Nec enim ſtationem vel Typicam in Idolo, uti שם טוב putat Deum creâſſe novum corpus lucidum in cœlo, qvod Solem occiſum repræſentaverit, vel Tropicã aut putativam in ſolo videntis oculo animove admittit Syriacum ܟܠܝ;, qvod talem infert perſiſtentiam rei in loco, ut omnem excurſionem excludat, conf. Ioh. 8. 31. & 11. 6. Omniumq; validiſſimè id probat Ar: وَقَفَ qvod fixam & pertinacem importat ſtationẽ, deſumpta in ſpecie ſimilitudine ab *ollæ ebulientis* qviete, ~~eum~~ Cujus tumentes ſpumas frigidâ affuſâ domamus, itemq; à *cantilenis* qvæ liberiore modulamine, eò usq; aures demulcent, donec *pauſa ſilentium* jubeat & qvietem; vide Golium. Verò modis qvievit, Sol ut ſiluerit, non *qvod*, ſed *qvo modo* loqvi conſveverat: Gloriam enim Domini ebuccinans plenis labris per proſopopœiam introducitur Sol ſæpius, à Davide Pſ. 19. 113. 3. & alibi, qvod enim effective & formaliter non poteſt, id radiis, utut ſplendidis, objectivè adumbrat; Cœterum

cùm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

cùm ejus rei primaria cauſa ſit δρόμου τάχος juxta Nazianz: loco ſup: alleg: Proinde Sol qvieſcens gloriam Dei non plane ſiluit, licet concitato curſu, non recitaverit, cum potius ordinarium decantandæ M jeſtatis Divinæ hymnum miraculoſo ſilentio auctiorem reddiderit.

§. 4.

Sororias, priori jungit manus alterum verbum poſitivum עמד ממא ſtetit, & ثَبَتَ fixus & motus conſtitit, qvod peculiariter ſtellis attribuitur, unde ثَابِتَةٌ idem eſt, qvod ſtella fixa, qvalem abſolutè nullam poſſibiliter duas, comparatè non niſi unam agnoſcimus ex aſſertione Ἱππάρχου Βιθύνου in Arat: Phœnom: pag. 6. ἔστιν δέ τις ἀστὴρ μένων ἀεί κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον. οὗτος δὲ ὁ ἀστὴρ πόλος ἐστὶ τοῦ κόσμου: Utut infinitæ aliàs eâ gaudeant denominatione. Sufficit applicanda comparatio ſtellarum fixarum, cum *ſole miraculoſe ſtationario*, qvod veluti illæ motum ſecundum brevi ſenſibilem ignorant, ita Sol motum primum ſenſibiliter prorſus amiſit, qvippe qvo noctidialis perficitur revolutio. Ruit proinde Hebræorum qvorundam, referente Vatablo, frivola, ut eſſe ſolet, ſententia, qvaſi Sol non ſteterit, ſed viſus fuerit ſtetiſſe ob brevitatem temporis, qvo Iſraelitæ devicerunt hoſtes, qvod qvippe erat negotium multorum dierum, qvaſi dixiſſet Ioſva, da Deus, ut tam brevi tempore nos ulciſcamur de hoſtibus, qvanto hodie ſol ſtabit in Gibeon. Probat enim effectus, diei ſc: protractæ longitudo, protractam Solis ſupra Horizontem moram, veluti ordinariam in movendo celeritatem negata per miraculum feſtinatio; Edocent id duo verba negativa (α) ולא אץ, *& non feſtinavit* ubi præter Emphaſin partic: copulativæ non ſolum veritatem, ſed & intenſivè excellentiam miraculi, inſinuantis, concitatiſſimus Solis curſus inhibitus dicitur, Addiderunt Poëtæ Soli eqvos volantes, ad curſum rapidiſſimum, denotandum, hinc Xanthi & Æthonis ex Martiali meminit Fulgentius, Lactantius v. duplicis jugi, motus verſibus Ovidii lib: 2. Metamorph: In-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

Interea volucres Pyrois, Eöus & æthon.
Solis eqvi, qvartusq; Phlegon hinnitibus auras.
Flammiferis implent — — — —

Scriptura ulterius non *Navitæ*, qvippe cui videntur montes moveri, cum ipſe moveatur, unde & illud Virgilii

Provehimur portu, terræq; urbesq; recedunt.

Quod, tanqvam Achilleum, poſt Copernic: libr. I. Revolut: producunt, qvi ingenioſiſſimi Viri legere amant veſtigia: Verum *Curſori*, qvi, ſi etiam cum eqvis, qvos Sarmatis adſcribit ex Plinii lib. 6. Vir doctus, absq; pabulo 1000 conficere poſſet milliaria, qvamvis remotis propior fiat locis, tamen non loca ſibi admoveri, ſed ſe in loca deferri, laborioſo docebitur itinere. Ita namq; Sol curſor, utut גבור tamen notabili Epitheto dicitur שואף anhelans Ecclſ: 1, 5. Viam namq; anhelitu cœptam anhelitu claudunt curſores pernicitate pedum valentes, ibi deſiderium, hìc violenti curſus cernitur moleſtia; Eo modo, qvo Sol anhelans; qvaſi diurnis revolutionibus fatigatus, anhelat ulterius, ut annuam abſolvat periodum; Recte Meir Arama ſoli adſcripſit motum partim *violentum*, qvem Mathematici communiter *primum* vocant raptui primi mobilis, conformem, partim *Lentum*, qvem proprium vel *ſecundum* vocant, qvo Sol fertur ab occaſu in ortum S. S. S. Qui tamen motus ambo per ſe ſatis veloces, ambo ceſſarunt, qvando Sol (β) לא אץ לבוא, non feſtinavit, ut veniret. Potuit eſſe in ſole ſalvâ miraculi veritate, motus qvoad varium ſitum; qvomodo, ex maculis, qvas Chriſtophorus Scheinerus Ingolſtadii Anno 1611 menſe Majo in ſole primus obſervavit, & poſt eum ingenioſiſſimi qviq; artifices Galilæus, Hevelius, Kirkerus &c: &, ex macularum variegato tractu, Soli motum *vertiginis* circa proprium axem, qvi ſpatio 26 vel 27 dierum abſolvitur, non denegant Copernicani. Hic vero motus non inhibitus eſt ſcopo miraculi, at motus localis לבוא qvo definiente Cartes: princip: Philoſ: p. 2. th. 24. corpus

ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

ex unô locô in alium migraret, erat ſcopo miraculi prorſus contrarius. Si enim veniret, ac mutaret locum, eô ipſo aſcenderet & deſcenderet, cum Sol qvovis oculi ictu oriatur & occidat, ſed prius negat Chaldæus למעל oriri, poſterius Syrus ܠܡܥܪܒ occidere, unde inſolitum diei incrementum ad 36 horas extendunt Rabbini, ipſa ſabbathi veſpera commiſſam pugnam aſſerentes, ac ideo prolongatum diem, ne ſabbatho cogeretur abſtinere à cœde hoſtium, aut ne ſabbathum ipſum violarent; Qvicqvid vero de hoc ſit, nos colligimus vela, & ex 4 hactenus breviter explicatarum vocum nativo ac genuino ſignificato & conſenſu, literalem ſenſum neutiqvam deſerendum eſſe intrepide ſtatuimus; dum nullibi ad 4 verba ita immediatè ſe excipientia fiat in Scriptura Troporum continuatio.

§. 5.

Cœterum neſcio, an fœniculi an vero Euphorbiæ ſuccum malo ophthalmico illorũ afferre debeam, qvi nec oculis Iſraelitarum fidem adhibere volunt, qvod ſolem ſtantem viderint, nec propriis qvod Sol motui perpetuo obnoxius, qvovis die nunc in vertice culminet, nunc alteram Horizontis partem ſtringat, nunc profundis ſe condat tenebris, enim vero ſi propriis, ſi omnium oculis fidem detraherem, eam tamen duplo cum fœnore Scripturæ autoritati, non ſolum diverſa ſvadenti ſed & adverſa jubenti adhiberem, ſecus ac Ii, qvi qvod vident, ſibi non videre videntur, vel qvod ſcriptum legunt, ut minus ſcite ſcriptum intelligunt; adderem grave monitum Arabis Abi Ubeid.

لَا تَرْمِ سِهَامًا فِي صُورَةٍ مِنْ حَدِيدٍ *

Ne ſcilicet jacerent ſagittas in Idolum ferreum. Ferrea namq;, non cerea eſt ſcripturæ vena, ut pro libitu qvasvis aſſumat formas, cum tela fallacia eludat facile, facilius elidat; His vero merito accenſemus ea, qvæ in genere contra ſcriptutæ dicta promunt adverſæ ſententiæ Patroni, qvæ pro more, eruditè congeſſit Clar. Schotanus in Heptaëm: Diatr. 19. An ſolide

ſatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

ſatis cordato & pio animo, liberum relinqvimus judicium; (α) *Certum eſt*, ait, *S. Scripturam non eſſe datam, ut ex ea Phyſicarum rerum notitia percipiatur, ſed Theologicarum* (β) *Certum eſt, populari eſſe conſcriptum & ſimplici ſtylo; Unde de Deo loqvitur,* ἀνθρωποπαθῶς, *& ad apparentiam loqvitur de rebus ſenſui objectis, licet in ſe aliter ſe habeant.* (γ) *Nec qvæ ſenſibus aliter apparent, ſagaciſſimâ inqviſitione penetranda, accommodata ſunt ad erudiendum populum, de Dei gloria & magnitudine* (δ) *Sp. S. in ſacris literis Naturæ Magiſtrum non habemus, ſed rerum ſublimioris ſcientiæ, qvibus illuſtrandis phyſica propoſita inſerviunt, eaq; è medio allata, & ut ſe ſenſibus offerunt.*

§. 6.

Quin (α) certum eſt (1) ſcripturam eſſe datam, ut qvarundam rerum phyſicarum notitia exinde hauriatur, unde nam iñoteſcit aurum ex Ophir, unde Almuggim & Algummim, unde Paradiſus, unde aqvæ ſupra cœleſtes, niſi ex ſcriptura, (2) Phyſicarũ rerum ſcientiam hauriendam eſſe ex S. Scriptura? non ſolũ qvoad nonnullas circumſtantias particulares, ſed & qvoad communia initia, ordinatam inter ſe invicem σύνταξιν, & neceſſarios uſus & effectus. (3) Phyſicarum tamen rerum notitiam percipi ex Sacræ Scriptura, non qvidem phyſicè, ac ſi omnes cauſas naturales & affectiones ἀποδείξει philoſophica, & omni ex parte ſufficiente, perſcrutaretur, verum hiſtorice, adducendo ea, qvæ inſtituto inſerviunt, qvæqve abſq; hâc hiſtoricâ relatione magnâ ex parte perpetuis tenebris abdita jacerent. (4) Temerè opponi finem ſcripturæ S. primarium ſecundario, qvaſi theſſala tempe nil niſi fomenta ignis proferrent. (β) Certum eſt, (1) ſtylum ſcripturæ eſſe Heroicum, magnificum & Majeſtaticum; Verba enim ſvavia, ſed gravia. Quamvis docente Procopio: Ἀνθρώποις ἔσι ἀνθρωπίνως ἡ γραφὴ διαλέγεται, attamen apertioribus ita fami occurrit, ut obſcurioribus faſtidia detergeat, inq; ipſa συγκαταβάσει divinum qvoddam ſpirat, eô modo qvô angelus, qvi Manoah primò, ut homo apparuit, dehinc ſe Deum eſſe manifeſtavit (2) ſimplicem ſtylum ita dici in oppoſitione, vel ad *figuratum*

& ſic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

& ſic cuivis notum eſt, S. Scripturæ favos ſuo abundare nectare, fucum tamen evitare, cum non luſum ſed uſum affectet, vel *ad-curatum*, & ſic certè ſcripturæ ἀκρίβειαν nemo ignorat, niſi qvi ſcripruram ignorat, nec enim particularis aliqvis locus eſt argu-mentativus ad ſingula. (3) Quæ Deo attribuuntur בלשין בני אדם non Deo attribui juxta ſenſum ſimplicem & popularem, cum ille conceptus, & in objecto concipiendo, & in modo con-cipiendi erroneus foret & falſus. 4. Scripturam ita loqvi κατὰ δόξαν, ut tamen ipſam ἀλήθειαν alibi aperiet, præſertim, ſi ejus rei ſœpi-us injiciatur mentio, & diverſis occaſionibus ac circumſtantiis. (γ) Qvæ aliter apparent ac ſunt, eo magis inſerviunt divinæ glo-riæ manifeſtandæ, qvo magis humanam ſuperant κατάληψιν. (δ) Qvaſi Spir. S. nunc eſſet prorſus ἀγεωμέτρητος, aut qvaſi naturæ Ma-giſter ſola ratione, non vero ex revelatione eſſet agnoſcendus. Apage talia; vel qvaſi Spir. Sanctus non poſſet tàm loqvi doctè qvam ſentire cum doctis, præ primis cum doctus loqvendi mo-dus facilitatem ſecum haberet, qvam undiq; crepant Coper-nicœi.

§. 7.

Hi enim facilius exiſtimantes unicum terræ corpus, qvam tan-tum tamq; immenſum vaſtiſſimorum corporum exercitum, temporis tractu adeo brevi gyrari; Solem totius ſyſtematis non ſolum planetarii, ſed & mundani centrum elegerunt, idemq; immobile, unico *vertiginis* motu excepto, fecerunt; Terræ è contrà in Orbe, qvem κατ' ἐξοχὴν, *magnum* vocitant, adſcripſere triplicem motum ſc, *Annuum*, qvò fit proceſſus per Eccliptì-cam, Sole oppoſitum tenente ſignum, *Diurnum*, ab occaſu in ortum, ſideribus contrario motu opparentibus, & *inclinationis*, qvæ eſt Axis terrenæ continentia in ſui ipſius parallelíſmo, ſive clarius, perqvam libratur axis terræ hinc inde 24 horis, ne extra axem mundi exorbitet, qvod ipſum εὕρημα ad monſtrandam mu-tationem obliqvitatis Eccliptìcæ adhibent Copernicœi à Nic: Copernico Thuronienſi Med: Doct: & Fravenbergenſi Cano-

nico, non qvidem primo Inventore, attamen ingenioſiſſimo reſtitutore, nomen ſortiti. Certum enim eſt, hunc unius anni fœtum nec fundendo ſed lambendo productum, Solem adſpexiſſe lucemq́;

Qvantum certè ex antiqvorum monumentis colligere licet, Pytagorica ſecta hoc Geotropium primo plantavit, rigavit credulitas, & innovandi Pruritus incrementum dedit, utut ratio ſana nihil hic fecerit; De primo enim Autore ſi qværitur, producit Laërtius in Philoläô ipſum Philolaum Crotaniaren & Nicetam, δοκεῖ, ait, τὸ αὐτῷ τὴν γῆν κινεῖσθαι κατὰ κύκλον πρῶτον εἰπεῖν, οἱ δ' Ἱκέταν, vel, ſi mavit, Νικέταν, (ut correctio fieri poteſt ex Cic. lib. 2. Acad: qvæſt:) Συρακούσιον φασίν. Diverſas vero inter ſe fovebant ipſi Pytagoræi ſententias, dum alii terram fecerunt in centrô univerſi, circa centrum proprium mobilem, ut Heraclides Ponticus & Ecphantus, itemq́; Plato ipſe, & Chleantes Samius contra ipſum Pythagoram (Nec enim Pythagoram, ſed τοὺς περὶ τὴν Ἰταλίαν καλουμένους πυθαγορείους diſcipulos á Præceptoris voce in plurimis devios taxat Ariſtoteles lib. 2. de cœlo c. 13.) & Empedoclem, cum ille poſuerit τὴν γῆν μέσην in mundo, hic vero eam καθάπερ τὸ ἐν κυάθοις ὕδωρ. Alii vero igne (Solem putant) ad centrum mundi deducto, terram in orbitâ qvadam moveri docuerunt, ut ante audivimus de Philolao, qvi teſte Plutarcho lib. 3. de placit: Philoſ: c. 3. φησὶ τὴν γῆν περιφέρεσθαι περὶ τὸ πῦρ (ἥλιον) κατὰ κύκλου λοξοῦ. Inſinuans motum terræ annuum in Eccliptícâ. Cæternm Ariſtarchus Samius etiamnum ſpecialius terram tanqvam aſtrum moveri dixit circa Solem in orbitâ inter Venerem & Martem media, ut Autor eſt Archimedes in Arenaris. Ex his vero ſententiis inter ſe collatis totam γένεσιν ſyſtematis Copernici concludere licet, ut pateat, qvale σχίσμα ἐπίβλημα illud ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ à Copernico additum effecerit, Cognovit vero ille, ut ordine procedam cum Gaſſendo Tom. I. Phyſ. ſect. 2. lib. 3. 1. Centrum ſolis ut ultimam ſphæram inerrantium qvieſcere ex Ariſtarcho 2. Ex eodem item Cleanthe & Philolao, moveri terram inter Solem & fixas, ſed ſub obliqvô circulô, nempe per an-

annum. 3. Ex Ariſtarchô vaſtitatem ſphæræ fixarum, ut circulus terræ, ad eum comparatus, prorſus evaneſcat. 4. Ex Cleanthe motum terræ circa axem eſſe noctidialem, revolventeſe adeo 365 vicibus, dum peragit annuam circuitionem.

Hæc fuerunt terræ-Planetæ, crepundia qvæ præter Nicol. Cuſam Cardinalem, & Gallum Curtium, vix qvisqvam eſt amplexus; Donec ingenioſiſſima cura Nicol. Copernici ferè ante ſesqviſeculum addito inclinationis motu, novum qvoddam ſyſtema fabricavit; cujus facilitas, & in ſalvandis phœnomenis multifariis felicitas plurimos præſtantiſſimos Artifices in ſui favorem attraxit.

§. 8.

Verum bifurcata deinceps eſt Copernici ſententia, dum alii preſſè Magiſtri ſui veſtigia premere voluerunt, alii vero Semi-Copernicæi dicti, motum communem tam aſtris qvàm terræ, proprium vero cuiq; adſcripſerunt, vid: Calov: Syſtem. Theol: Tom: 3. p. 1047. A qvorum tamen omnium ſententia, vel unico Argumento, Solis ſtantis in Gibeon moti nos modeſtè recedimus, cum nobis in majori pretio ſit una regia moneta, qvã innumeræ adulterinæ, ut ait Dionyſ: Areop: Epl: 2. p. in. 200. Cum vero inſtituti ratio non ferat, ut omnes Enormitates hypotehſeos Copernicεæ excutere qveamus, prout revera difficultates apud Tychonem ſunt, & abſurditates plures apud Copernicum; Ubi prudentis eſt, qvod bonum eſt retinere, cœtera ſuo relinqvere Autori: Videbimus breviter qvid proferat communis Schola Coperniceorum, ad infrigendam veritatem ſupra expoſitam *miraculi Solis ſtantis in Gibeon*: Ne vero multis autoribus citandis vel perſtringendis, oleum perderemus, aut operam, unicum delegimus Nobiliſſ: *Otton: de Gvericke*, Virum inventis ſtupendis, ipſius dudum æternitatis faſtis inſcriptum, digniſſimũ certè, cum qvo de arduâ materia ſuſciperetur collatio, præſertim cum 18. argumenta, ex optimis qvibusvis autoribus collecta, propriaq; ingenioſitate inſigniter aucta congeſſerit, qvibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

ſententiam Tychonicam *Miraculo Solis ſtatis in Gibeon*, firmandam convellere voluit. Nos vero non numerum, ſed pondus curantes, ut etiam vis unita multorum Argumentorum eò evadat fortior, omnia illa ad hæc paucula, bona fide, contrahimus.

§. 9.

Tacebimus vero Generale illud, qvod affert, Scopũ Scripturæ non eſſe res Geometricas Geometricè deſcribere; *Ex ſenſu ſimplici ſeqvi multa in conſeqventia*; *Scripturam loqvi ſecundum captum &c.* Cum unius alteriusve vocis ſuppoſitio Tropica, non ſtatim inferat tropum in ipſis propoſitionis partibus eſſentialibus & principalibus. Nec ſimplicitas captum ſuperat, nec abſurditas hebetat. Quæ; cum pluribus, cum dudum in Schotano notaverimus. Eſto Arg. 1. *Sol ſtetit in Gibeon p.* 12. *& in Medio coeli p.* 13. *E. Gibeon erit Medium coeli.*

R. Variat ſuppoſitio particulæ IN. priori loco ſumitur propriè vel certè pro *ſub*, factâ relatione ad ultimam ſphæram, veluti Sol dicitur eſſe in aliqvo ſigno Zodiacali ɔ: qvod appareat ſub hoc Signo, cum Signum ipſum vel Zodiacum nunqvam attingat. Poſteriori vero loco ponitur pro ſupra qvod clare patet ex Arabico عَلَي ɔ: ſuper. Arg. 2. *Gibeon & Ajalon Milliaris ſolum Germanici, adeoq; nullam ſenſibilem habere differentiam rationis Solis & Lunæ; qvænam enim eſt propoſitio unius lateris in Triangulo unicum continentis milliare ad alterum latus* 1060600 *diſtantiam Solis à terra* juxta Ptolomeum.

R. I. In Genere. Juxta qvamcunq; hypotheſin proceſſus inſtituatur; allatum argumentum, non tam loqvitur de modô, qvàm de ipſô miraculo, qvod ipſum in dubium vocare velle impudentis foret proterviæ: Unde non probatur hactenus id qvod probari debuit.

II. In ſpecie. (α) Inter Gibeon & Ajalon 6. horarum diſtantiam agnoſc Chriſtian: Andrichonicus in Theatr. Terræ S. & chartæ Geographicæ, qvæ Bibliis Magnis ſunt promiſſæ, & alii, exinde vero (β) ſatis ſenſibilis oritur differentia ratione Lu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

Lunæ & Solis, cum enim oculus videntis ſit Horizonris ſenſibilis centrum, at horizonte ſenſibili definitur ferè integrum cœleſte hæmiſphærium, qvod pro zenith agnoſcit puuctum, vertici videntis imminens, qvidni, cum 2, 4, 6, vel 8. milliaria toti reſpondeant hæmiſphærio Cœleſti, ſaltem, qvoad ſitum viſum, Luna alteram tenens Hemiſphærii partem, videtur magis imminere uni loco, qvam alteri, qvod idem de Sole ab alterâ parte eſt dicendum; Enimvero (γ) Concipiendum eſt hic Triangulum Opticum, rectangulum, cujus cathetus eſt diſtantia, Ἀιαλον. & Lunæ, hypotenuſa diſtantia Sideris & oculi, baſis diſtantia oculi & Ajalon, hic vero cum differentia viſa & apparente nobis ſermo eſt, cautè diſtingvenda ſunt puncta vel anguli, ex qvibus fit conſpectus; Si enim in ipſâ Lunâ poneres oculum videntis, certum eſt inter Gibeon & Ajalon ab illô oculo non poſſe obſervari differentiam; Verum in præſenti themate oculis ad alterum baſeos angulum conſtitutus ſenſibiliter ſatis videt differentiam inter angulum baſeos oppoſitum, & ſuperiorem coni partem, etiamſi aliquot myriadibus milliar: ulterius diſtaret. Neq; enim augulus Opticus, & indifferenter reciprocus, Ex terra ſinum vides, qvam vix ex ſino videre poteras. Conf. Carteſ: Princ: Philoſ. p. 3. Tom. 7. ſeqv.

Arg. 3. *Qvod fiat mentio Lunæ, præſente Sole obſcuræ; hinc ſtatuendum eſt, Solem reverà occidiſſe, ejusq; ſolùm fulgorem in medio cœli remanſiſſe. Aliàs Lunam vidiſſent, nec Lumine ejus opus habuiſſent.* R. (1) Cum in 15. gradibus Æqvatoris diſtantiâ ortum Heliacum definiant Aſtronomi, veluti ☿ ipſe nunqvam ultra 28. gr. à Sole elongatus ſe videndum exhibet, qvidni Lunam qvæ plusqvam 15 gradibus diſtabat, lumen aliqvod habuiſſe eſt dicendum. Qvinimo (2) ortus Lunæ ferè Achronicus ſudo cœlo neceſſariam facit Lunæ apparentiam; cum ex propinqvitate oppoſitionis dependeat propinqvitas plenilunii. Hinc ſtatuendum eſt [α] Lumen Lunare non occiſo Sole perfectum, licet non perfectè, qvippe à Sole, impeditum, viſibile fuiſſe adeoq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

deoq; non obſcurũ. (β) nec fulgorem magis poſſe in medio Cœlo ſine Sole , qvam ſolem occaſum ſine fulgore , quam enim ſubjectum non poteſt eſſe ſine ſuo proprio, tam qvoq; Accidens non eſt ſine ſubjecto (γ) nec plenum uſum luminis lunaris, qvippe nimis debilis, ſufficienti Iſraelitis futurum auxilio, nec à Ioſva optatum, qvam proinde Solem ſtare Iuſſit.

Arg. 4. *Stante* Sole *vel ſtetit totus ſtellarum exercitus, vel non, ſi hoc, ordo Naturæ ac mundi fuit turbatus, &* Solis *ac Lunæ ad reliqvas ſtellas diſpoſitio.* Si illud; *non ſolum ſcripturæ hominumq; fidem, ſed & ipſum ſtationis* Solaris *prodigium ſuperat innumera maximorum corporum circa terram, ut pulviſculum conſiſtentiam.*

R. Probabiliter in ſuperioribus aſſeruimus totius machinæ cœleſtis qvietem. Interim (α) ſilentium ſcripturæ non facit ſtatim falſam aſſertionem in rebus fidem ſalvificam immediatè non concernentibns, nec mirum eſt, qvod oracula Divina, Divina Miracula non ita prorſus patefaciant, qvia unicus qvidem in modo ipſo nodus ſcrupuloſe examinandus ſuperſit; Ideo namq; Miracula ſunt, qvod homines ea mirari debeant; (β) Nec qvies chori Siderei pro ſuppoſita ſtatione Solis, ſuperat hominum fidem, cum eam argumenta, nec ut credo nulla, ſupra allata, ad minimum ab abſurditate vindicaverint. (γ) Nec contra ſcripturæ morem id fit, ut in miraculo maxima pars ſileatur, eâ prolatâ, qvæ ad inſtitutum pertinet; Ita miraculum ſepulturæ Moſaicæ, in Deuteronomio, nec Lucta Diaboli de corpore ejus, nec glorioſa redunitio animæ cum corpore, qvæ tamen majora erant, illuſtrant. Ita varia miracula ex Pirke Avoth. c. 5, recitant Iudæi, qvæ in domo Sanctuarii contigerunt, utpote non viſam muſcam, qvod utut ſileat ſcriptura, facile tamen patet ex Idoli nomine Beelzebub; Quid igitur obſtat, qvo minus ſtellæ Luminarium ductum ſequi ſolitæ, hic in conſortium mirrculi trahantur.

Quin 4. Sive qvieverint ſtellæ, ſive non, non neceſſario impeditur, qvies Solis, ut enim illud modeſtè ignorare volumus, qvippe

qvod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

qvod Creator nos neſcire voluit, ita hoc qvod nos ſcire voluit, protervè non eſt negandum.

Arg. 5. *Seqveretur identitas conſtellationis & thematis cœli erigendi in omnes infantes, itemq́; ſeries omnium temporum labefactata.*

R. Ad prius [α] Quid exinde? Evicta per ſecla multa ματαιο τεχνίας aſtrologicæ incertitudo, probat facilè ab identitate Horoſcopi non dependere factorũ fatorumve identitatem fatuis creditam. Ut enim ejusdem teſſeræ jactus non ſemper canem habet, ſed nec ſemper Venerem, ſic nec Stella Horoſcopiis eandem ſemper vitæ mortisve fortunam oſtendit, qvin ſapiens dominabitur aſtris, nec pius ullum præter Jeſum crucifixum agnoſcit vel Hylech vel Alcotioden. Eodemq́; Horoſcopo, ſi in bellis, terræ motibus, peſt: &c. totidem denaſci videmus, qvidni ſub eodem Horoſcopo totidem poſſe naſci affirmabimus. (β) Themata Aſtrologica eriguntur ut terriculamenta avium, aut tomenta lignea, qvibus pulvis pyrius deeſt, & globus. Licet ipſa Thematum conſtitutio, & in cuſpides digeſtio, calculo aſtronomico ſatis correcto nitatur, ſpeculumq́; cœli faciem exactè repræſentet, cum tamen genituræ Nati hæc ſunt applicanda, per ſchema revolutionum ſunt tot *debilitatis* teſtimonia, ut nulli ſibi certo compareat Dominus, vel Exaltationis, vel Termini, cujus leges exaudi vel inopina Mors, vel Hominum bracteata felicitas; Ad alterum. Æram Dionyſianam, in qva 2. 3. vel 4 annorum defectum animadvertêre adcuratiores Chronologi, non corrigimus, & hic miraculoſum horarum qvarundam embolismum per qvem tamen Annus ille bis ſextilem non ſuperavit, inviti ferimus, Cum tamen Annus, auctus qvidem ſit, ſed nulla ratione *turbatus*. Pone enim incidiſſe hoc miraculum in diem 1. Junii, idem tamen dies, omnium computo, qvi vel Lunares, vel Solares numerant annos, cum ambo Luminaria ſteterint, protractus, aliqvot horas intercalando, non turbavit calculum Chronologicum; cum enim ceſſavit motus Luminarium, tan-

qvam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

qvam vera temporis menſura, ceſſavit qvoq; menſuræ hujus numerus ac computus, ut adcurata eſt cenſura qvam ex Laurentio Codomanno promit: Iacob: Uſſerius Armachanus, in Annal: V. T. ad A: M. 2553. d. *Cum ambo*, ait, *Luminaria ſimul ſtare cœperint ac deſierint, moram illam calculum Aſtronomicum non impedire, qvemadmodum in concentibus Muſicis ſalva manet harmonia nec ſoni diſcrepant, ſi voces in ſigno convenientiæ conqvieſcant, & poſtea ſimul juxta ſuas qvaſq; notas cantum pergunt abſolvere.*

Arg 6. *Terra illuminata continuo calore, oppoſita vero continuo frigore ureretur, & ſic plurima animalia fame & frigore enecearentur.*

R. ut καὶ ὕϛερον πρώτερον procedam, (1) Qvid lethalis fames cum aëris lumine vel tenebris. (2) Qvid ſub polaris Regionis Incolæ qvi, cum Ebriô illô, cui vina vitam dedere mortemq;, hoc habent commune, qvod dimidio Anno Solem nec ortivum videant, nec occiduum. (3) Diverſa diverſorum terræ Hemiſphériorum intemperies à cauſâ ſolum generali, Solis præſentia & abſentia minus adcuratè æſtimatur, nec enim propter Solis in Eclipticâ aſcenſum calor, vel deſcenſum ſtatim frigus augetur, poſt ſenſibilem enim in Capricorno exaltationem maximum ſentitur frigus, unde illud Naar Dagene lengis/ vil Vinteren ſtrengis/ & poſtqvam Sol cancrinum dudum abſolvit dodecatemorion, æſtus caniculæ æſtate ipſâ gravior eſt. Unde patet Solem nec ſimpliciter caloris eſſe cauſam, cauſarum qvippe ſecundarum interventu ſœpe impeditam; nec Abſentiam Solis, cauſam eſſe frigotis, qvippe vix concomitantes producti. Ad rem igitur: Terra (ubi conflictus celebrabatur) illuminata, non habuit Solem in Vertice, ſed declinantem verſus Zenith Americæ (Tunc ſine dubio inhabitatæ unde necis animalibus inferendæ nullum periculum) libera idcirco ſi non à continuô lumine, & à luminis intenſô æſtu. Nec incongruum erat Divinæ Providentiæ, qvæ, Torridam Zonam, ſi Solem ſpectas,

pror-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

prorſus in hoſpitam, etiam cum prolubio habitabilem fecit, mediantibus vel imbribus Anniverſariis, vel vento generali intra Tropicos, vel aliis qvibusdam, de qvibus videnda Navarcharum ſcripta: qvin ſuccurreret fatiſcentibus animalium faucibus medio ordinariè productô. Age enim, Sol non ſolum caloris ſed & imbrium, ventorumq; Pater eſt. Alia enim terræ effluvia, puriora ſcilicet, in majorem altitudinem elevat, eademq; collecta per *pluviam* demittit. Alia vero tollit aliqvantulum ſed cum plures craſſiores tertii Elementi globulos ſibi admixtos habeant, inde huc illuc jactantur, donec factâ viâ in unam partem majori cum impetu ruant; Et hinc exſiſtit *ventus*, qvi juxta Kenelm. Digb. libr. de Pulv. Sympath: Præc. 2. & 3. eſt nil niſi *fluvius ingens atomorum vi Solis productarum.* Qvò nunc igitur Sol diutius uno ſubſiſtit loco, eò promptius qvoq; mediantibus exhalationibus, pluviis & ventis gratum afferre potuit refrigerium. *Nec metuenda oppoſito Hæmiſphærio frigoris inclementia.* Teſtis enim eſt Metallariorum Experientia à Gaſſendo in Lib. X. Diog. Laërt: confirmata, è terrâ mediante Jgne ſubterraneò ad 500, & amplius orgyas excoqvi vapores, qvi in locis auſtrinis excitati favente favonio oppoſitum hæmiſphærium mediocriter calefacere poterant. Ut ſileam ordinaria arcendi frigoris media.

Arg. 7. *Longitudo diei non patitur hoc miraculum ad reliqvas Nationes extendi, ſed ſolum ad Gibeonitas, ubi dies longiſſimus eſt 13. breviſſimus 8. horarum, adeoq; tota lux ut duo dies Eccleſ: 46, 5. fuit 28. horarum; Alias ſi ſinguli dies totius mundi fuerunt duplicati, etiam in Regionibus ſubpolaribus, ubi aliqvot menſium dies eſt qvoq; duplicatus erat.*

R. 1. Nolo taxare ἀβλεψίαν Magni viri, qva diem longiſſimum facit hor. 13. breviſſimum non niſi octo, cum tale phœnomenon nulla loci cujuscunq; ſituatio admittat, nam dierum non ſolſtitialium à 12. horis in exceſſu vel defectu receſſus ſemper eſt æqvalis: 2. Tacebo determinatiorum diei miraculoſi in horis

ris, cum de diebus ab Eccleſiaſtico allegatis dubitari poſſet, eſ-ſent ne ſpecie eædem, ambæ artificiales, an vero ſecus. He-bræorum certè alii ei 44 horas adſignant, alii 36. Naturalem ſe-jungentes artificiali, qvos defendit Menochius; ſed rectius taxat Seb. Munſterus cum æſtivi dies (putat enim Serrarius miraculum contigiſſe die 27. Jaïr, qvi reſpondit partim Aprili, partim Majo) horas Lucis plusqvam 12. habeant, niſi qvis horas *inæqvales* hic intelligere velit. Nec poterit Nob. de *GVERICKE* dicere qvomodo, ſi reliqva ſidera movebantur, (qvod propugnavit ante) Sol poſt 13. horas in ordinariam ſemitam redire poſſit. Sed 3. committitur Elenchus oppoſitorum, qvando Viciſſitudi-nem noctidialem opponit luci menſtruæ; dies qvivis dupli-catus eſt, verum menſtrua Lux Zonæ Frigidæ, (ubi adcuratè loqvendo nullus dies politicus, de qvo intelligenda Eccleſiaſti-ci verba, ſed ſolum Aſtronomicus locum habere potuit,) non ex-actè duplicata qvidem, ſed aucta eſt nihilominus, ut Incola ſub-polaris, qvi Solé continuo per 40 dies videt ſupra Horizontem ſuum rotari, nunc habuerit moram lucis, qvæ duraverit 41 dies, tantum augmentum ſcil. Miraculoſa Solis qvies ordinario com-puto addidit.

Arg. 8. *Qvod S: Script: hoc ſolum relativè enarret ex libro Juſtorum, qvi ſolum Apocryphus eſt. Cum aliàs Canonicus fo-ret deperditus.*

R. I. Quàm certum eſt ſcripturæ Canonem etiamnum & intenſivè & extenſivè ſervari perfectum, tam certum eſt injuria ſeculorum libros pios & Eccleſiaſticos qvàm plurimos eſſe de-perditos. Quos inter, liber hic Juſtorum, videtur fuiſſe cata-logus piorum, multis antè temporibus uſurpatus, cura vero Sa-cerdotum continuatus, in qvem dudum relatum erat Solis ſtan-tis miraculum, non cum fiebat, ſed cum à Joſvâ ſcribebatur. Ita enim videtur mihi interpretari poſſe πάλαιον σύγγραμμα de qvo Theodoretus qvæſt. 14. In JEſum Nave, Συγγραφεὺς ὑπειδόμενος, μή τις ἀπιστήσῃ τῷ λόγῳ ἔφη τοῦτο ἐν τῷ παλαίῳ ἐυρεθῆναι συγγράμματι. &c.

(2) Quod

(2) Qvod ſi hoc ſolum Relativè narrari dicatur, qvem qvæſo in finem hoc fieret, niſi qvoq; aſſertivè verba intelligenda forent. Quod enim allegatur ab Apocrypho aut Ethnico libro, allegando fit Canonicum & veritatis indubiæ.

Manebit proinde id, qvod Sol Miraculoſè non ſolum viſus fuerit ſtetiſſe, ſed & qvod verè ac Miraculoſè ſteterit, motuq; aliàs ut ordinario ita ordinato gaudeat, verus Hyperion ↄ: Interpete Nicephoro Schol. in Syneſium ἀπὸ τῆς ὑπὲρ προθέσεως δηλούσης τὸ ἄνω, καὶ τοῦ ἰέναι ῥήματος δηλοῦντος τὸ πορεύεσθαι. τουτ' ἔστιν ὁ ἐπάνω ἡμῶν καὶ τῆς γῆς πορευόμενος.

תושלב״ע:

FUGA VACUI.

I.

NOn ſolùm in Sciolos, ſed & in Philoſophos qvadrat illud Arabum: vidiſti Alcor, & tamen non Lunam plenam. Plenilunium enim nemo vidit.

2. Qvamvis pro decremento Parallelorum & climatum fiat incrementum caloris: Zona tamen torrida magis in finibus ſive Tropicis, qvam in ipſo Æqvatore ſive medio urit.

3. Duplicatio Cubi Arcanis Stereometricis rectè accenſetur.

4. Planetæ rectè numerantur 13. Maculas vero Solares qvi pro circumſolaribus Planetulis ac Comitibus agnoſcunt viderint qvomodo aſſerto fidem ſint facturi.

5. Qvod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

5. Qvod interdum inter nos & Iridem vix octans milliaris intercedat, haud ineleganti phenomeno obſervatum eſt.

6. Ex influxu Lucis in eſſentialem formam Stellarum omnium multipliciter derivato juſto liberalius Divinitatem Tabernaculi Solaris infert Robertus Flud Philoſ. Moſ. Sect. 1. libr. 4.

7. Elementorum numerus utut vix certus ſit, certò tamen qvaternarius vulgaris ex Analyſi & Syntheſi Corp. Nat. rejicitur.

8. Philologiam Philoſophia non ſolùm pro Sorore, ſed & pro Matre agnoſcit,

9. Qvando Honor confertur indigno, dedecus ſimplex eſt Honorati, duplex Honorantis.

10. Signum ruituræ Romæ erat in precio Precium.

11. Æthiops Niger, qvoad cutem ſimul & dentes albus eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 00914 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-85 4° 914